



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

S[e]c[und]o ex parte matris parturientis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

¶ Sermo de natiuitate dñi

spales contemplatiōes quibz in hac san-
ctissima solennitate pota mentis attentōe
vacare debemus.

Prima est cōtemplatio venerande subli-
mitatis. quia uerbum.

Secunda est cōtemplatio admirāde hu-
militatis. quia caro factum est.

Tertia est cōtemplatio sperande utili-
tatis. quia habitauit in nobis.

Prima igit est cōtemplatio vene-
rāde sublimitatis q̄ hōm̄ in h̄ no-
mine uerbi. quod filiū dei intelles
etualiter et eternaliter genitum signat. Jo-
an. i. In p̄ncipio erat uerbum et uerbum
erat apud deum et deus erat uerbi. Quibz
ge. Om̄ne admiratōis gratia r̄c. Hec
est igit prima hodiernae festiuitatis cōtem-
platio. ut cōtemplēs deuote quis: qualis:
et quantus est qui p̄ te nati uoluit. Ut u-
amplior sit hec cōtemplatio. cōtemplare di-
uine natiuitatis. excellentiā ex parte trium.

Primo ex parte christi nascentis.

Secundo ex parte matris parturientis.

Tertio ex pte modi cōuenientis.

Primo ex parte ipsi⁹ na-
scētis. quia est deus. An̄ Lu. ii. angelus
ad pastores ait. Euangelizo uobis gau-
diū magnū quod erit omni populo: q̄a na-
tus est uobis hodie saluator mundi qui est
christus dñs. Aug⁹. in ser. Ille qui est na-
tus uerus deus ex deo: idem natus est ex
homine uer⁹ homo. Et scripsit Leo papa in
sermone Excedit q̄dez dilectissimi r̄c. Vi-
de in breuiario.

Secundo ex parte matris

parturientis. quia uirgo sanctissima manēs
post partū. Quod declarari pot̄ triplici testi-
monio. Primo testimonio glosse. (monio.
pherie. Esa. vii. Ecce uirgo concipiet et pa-
riet filiū r̄c. Quod etiam figurat. Est q̄
uigram aaron que sine omni humano stu-
dio et sine humore floruit et fructum fecit:
ut habet Hume. xvij. De hoc ait Aug⁹.
super Joan. sermone. xxi. Omnia q̄de ce-
teroz miraculoz superat q̄ christus nati-
uitate de uirgine: matris q̄ integritatem sol⁹
potuit nec cōceptus violare nec nat⁹. Hec
ille. Secundo testimonio uirtuo-
se custodie. Joseph⁹ em̄ custos uirginis re-

ctis certissimus extitit sue uirginitat⁹ qui
etiam de tanto mysterio per angelū instru-
ctus est. dicente sibi. Mat. i. Noli timere
accipere Mariā coniugē tuam: non ad car-
nalem copulam: sed ad cōhabitationem et
ministratiōe deuotā: quod em̄ in ea natū
est: de sp̄s sancto est. pariet em̄ filiū r̄c. s.
sicut stella lucem et sicut uirga florem.

Tertio testimonio miraculose euidētie
Rome em̄ ut testat Innocenti⁹ papa ter-
tius duodeciz annis pax fuit. Eapropter
romani templū pacis pulcherrimū constru-
erunt: et ibi statuam Romuli posuerunt
Consulētes autē apollinē quantum dura-
ret / acceperunt responsum: quousq̄ uirgo
pareret. Hoc autē audientes dixerunt. ergo
in eternū durabit. Impossibile em̄ crede-
bant uirginē parere. Unde in foribz tem-
pli titulum hunc scripserunt. Templū pa-
cis in eternum. In ipsa autē nocte natiuita-
tis domini fūditus corruit. Et ibi est mō
edificata ecclesia sancte Marie noue.

Tertio apparet mirabilis excellētia hu-
militatis ex parte modi cōuenientis
r̄c. quia sine dolore et cum leticia uirgo pe-
perit. Aug⁹. sermone de natiuitate: allo-
quens uirginem. Hec in conceptione inue-
ta es sine pudore: nec in partu inuenta es
cum dolore. Hec ibi. Hec mirum. quia ut
dicit Thomas in tertia parte. q. xxxv. do-
lor partientis causat ex aperture meatū
per quos proles egredit. Christus autem
egressus est ex clauso uirginis utero. et sic
nulla ibi fuit apertura: ideo nullus dolo-
r. sicut nec aliqua corruptio: sed maxima io-
cunditas et mentis suauitas. Unde et cre-
dendum est q̄ appropinquante hora par-
tus / sensit uirgo purissima tantaz mentis
leticiam: quantā non senserat vnq̄ cunctz
diebus uite sue. et omnes sensus eius sp̄i-
rituales et corporales quadam inenarrā-
bili suauitate replebant. Et eleuata super
humanas vires in abyssum diuine contē-
plationis / ita cum imenso dulcore pepe-
rit filiū suū: quem ut uidit natum mor-
adorauit ut uerū deum. O uere gaudiū
um indicibile cum uirgo gloriosa corpo-
reus oculis se uidebat / sine corruptione et
sine dolore peperisse quem sancti patres
tamardentibus desiderijs desiderauerūt
inspicere: quem et non solum filiū suū